

Traditiones Wizenburgenses (Ed. Glöckner) Nr. 254=204

Oportunum namque unicuique est, [dum] in hac vita degit acque dum hic artus membra regunt, de futura vita adque mercede ut cogitet, ubi immortaliter vivere semper speret. Ideoque nobis necesest est innovare sermonem quem dixit saluator in evangelio: Date elemosinam et omnia bona evenient vobis. Propterea ego Gebolt cogitando tractavi donare aliquid de rebus meis pro remedio anime mee ad monasterium Wizenburgo quod est constructum super fluvio Lutra in ore sancto Petri, ubi in dei nomine Grimoltus abba preesse videtur. Hoc est in pago Alsacins in villa que vocatur Kirihwilari curtilem unam veneam unam ad carradas tres iornales LX, pratas ad carratas decem, silvis pascuis campis aquis aquarumue decursibus, movilibus et immovilibus, cultis et incultis, seu quicque ad ipsud curtile aspicere videtur. Similiter et tradit in alio pago qui vocatur Sarahgewi quartam partem unius montis qui vocatur mons Eburarti, et illam partem sine aliqua dilatione ad opus monachorum dimisi. In ea ratio ut iam supradictas res, quas iuris mei tradidi ad iam nuncupatum locum, et hoc beneficium, quod abeo nunc in villa que dicitur Westhof duas oba sub usu fructuarao excollerem usque in finem vite mee. Et uxor mea nomine Rihilt et equivoius meus Gebolt et quisques de nobis tribus alium supervixerit, hoc habeat, et tamen si illa post obitum meum viro alio se in coniugium non sotiat. Et post exitum nostrum illa casa dei habeat tenead adque possideat et eorum successoribus Christo propitio derelinquit, et quicquid exinde facere voluerit, liberam ac firmissimam in omnibus abeant potestatem. Vel ulla opposita persona, que contra hanc traditionem a me factam venire temptaverit aut inrumpere voluerit, tunc inferat vobis vestri successoribus duplam repetitionem, sotiante fisco auri untia tres argenti pondus quinque coactus persolvat, et nihil homini hec ecdratu traditio firma permaneat omni tempore, stipulatione subnixa. Actum in Wizenburgo sub die mercoribus, data tertia kalendas octobres regnante Lodouvico anno XII, anno ab incarnatione domini DCCCLI, indictione XIII. Isti sunt testes: Ego Gebolt qui hanc traditionem feci. signum Otri. Buto. Meginhelm. Gundbertus. Regnolt. Muateri. Teatrih. Reginger. Ildibald. Beatar. Iltibito. Adalhart. Erlebalt. Ego Otfridus scripsi et subscripsi. Amen. In ea vero ratione ut ille qui hanc rem prefatam tunc tenet, annis singulis persolvat solidis II ad sanctum Petrum iam dictum monasterium Wizenburg ad festivitatem sancti Martini.